



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

§ 13. Quod contra Monasterium iudicari non potuerit deficiente mandato,  
sed bene pro Monasterio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

cari potuisse, ac per consequens iudicatum non fuisse, sed quidquid iudicatum sit, in Monasterij Commodum necessariò cedere, nec aliter contingere aut fieri potuisse. Nam certum est

§.13. *Quod contra Monasterium iudicari non potuerit deficiente mandato, sed bene pro Monasterio.*

**S**iquidem condemnari nemo potest non legitimè auditus, siue per legitimum Procuratorem non defensus, sed bene absoluti. *l. acta 45. in fine. ff. de re iudic. l. non eo minus 14. & ibi DD ff. de procuratorib.*

*Ad defendendum omnes admittuntur oblati à cautione iudicatum solui (quam si pars non exigit Iudex non vrget) quo casu si sententia feratur pro eo, qui se obtulit defensionis, proderit exceptio Reo. si ab eo petatur, non autem noceret ei nisi esset Tutor vel Curator. Verba glossæ ad leg. rei iudic. 4. ff. de except. rei iudic.*

Sic & sententia lata post mortem litigantis valet, quando absoluitur, vel cùm sententia est ad eius fauorem. *l. cum quasi 30. in Princip. ff. de fideicommiss. libert.*

Quamuis non valeat lata contra mortuum ab alio defensus, quando mortuus condemnatur. *l. de quare §. 1. ff. de iudicijs.*

Particulariter ad nostrum casum sententia pro minore etiam in defenso valet. *l. non do minus 14. C. de procuratoribus.*

Ita & pro Ecclesia indefensa, *Gothof. ad d. l. & DD.*

Ita & pro fisco indefenso. *gloss. in l. 3. §. diuus, C. de iure Fisci. Gothof. ad d. l. non eo minus.*

Vnde per inuitabilem consequentiam sequitur, cùm tantus Iudex rebus ita constitutis sententiam tulerit, quam (si per eandem Monasterio præiudicasset aut damnum intulisset) ferre non poterat, sequitur per illam præiudicare, nocere, aut damnum, vel interesse inferre non voluisse, neque de facto intulisse.

§.14. *Quod non solum ex defectu mandati, sed & ex ratione iustitiæ sententia ferri non potuerit, contra immediatum sub Imperio statum.*

**I**psò libelli scriptore testante & asserente sententia ferri non potest contra sententiam: videat ipse illud, quod tantopere in suo libello exaggerat.

*Sententia, inquit, immo consilij aulici, cum quo (vrait) Camera Imperialis parem seu concurrentem Iurisdictionem habet, atque adeo ipsius Imperatoris sententia contra alteram sententiam prolata nulla est, ad quæ confirmanda, turbas penè atque adeo iurgia concitat, deinde reuideat in eodem libello suo §. non sententia Cæsarei & c. pag. 18. Item §. quæ Pontificia Imperatoris & c. pag. 28. isti textus, ista eadem redicta redocebunt.*

Atqui sententiam habent Maximiniani ab Ottone Imperatore hætenus iudicatam.

An existimas sapientem illum Camera Senatam, in illa, quæ hîc obijcis, incurrere sententiamque suam illi Imperatoris sententiæ contraria complecti voluisse?

Vide præterea tuum idem votum: quæst. ante probata in princip pag. 88. reperies ibidem asseri, luce meridiana clarius constare, datum Monasterio priui-

legium,